

CONCILIJ TRIDENTINI.

3

tificatus nostri tertio, ad x. Kalend. Ian. inchoandum; spem prope certam habentes fore, ut, cum illic in nomine Dñi essent congregati ipie: (a) sicut promisit Dominus in medio nostrum affuturus, & bonitate ac misericordia sua omnes temporum processas, omniaque pericula Spiritu oris sui facile depulsurus esset. Sed, ut semper insidiatur pijs actionibus humani generis hostis, primum contra omnem spem & expectationem nostram, denegata fuit nobis Mantuana Civitas, nisi aliquas conditiones subremus ab institutis maiorum nostrorum, & conditione temporum, nostraque ac huius Sanctæ Sedis, ac nominis Ecclesiastici dignitate, libertateque profusa alienas; quas in alijs nostris litteris expressimus. Quia propter alium iuvenire locum, aliquaque diligere Civitatem necesse habuimus: quia cum non statim nobis occurrere idonea & apta; ad sequentes Kalend. Novemb. protogare Concilij celebrationem fuimus coacti. Interim Ievus, & perpetuus hostis noster Turca, ingenti classe Italiam adortus, aliquod oppida in litoribus Apulic cepit, vastavit, diripuit, praedas hominum abegit: nos in maximo timore, & periculo omnium, monitidis litoribus dostris, finitimisque auxilio iuvatis fuimus occupati: nec tamen interea desisterimus consulere & hora tari Christianos Principes, ut de idoneo ad habendum Concilium loco quid sentirent, nobis exponderent: quorum cum essent incertæ, variaeque sententiae, tempusque diutiùs, quam erat opus, videretur extrahi, nos optimo animo, atque, ut arbitramur, etiam consilio: Vincentiam elegimus, urben copiosam, & venatorum, qui eam nobis concedebant, virtute, auctoritate, potentia cum aditum patenterem, cum stationem omnibus liberam, atque tutam in pri-

(a) *Math.*
2.

1587

UNIVERSITY

B

mis

6-14872432

72
SESSIO TERTIA,
CELEBRATA
DIE IIII. MENSIS FEBR.
M. D. XLVI.

Decretum de Symbolo Fidei.

IN Nomine sanctæ & individualiæ Trinitatis, Patris,
& Filij, & Spiritus Sancti.

Hæc sacrosancta oecumenica & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu Sancto legitime congregata, in ea præsidentibus eisdem tribus Apostolicæ Sedis Legatis, magnitudinem rerum tractandarum considerans, præsertim earum, quæ duobus illis capitulo bus de extirpandis hæresibus, & moribus reformati dis, continentur, quorum causa præcipue est con-

(a) C. qui gregata, agnoscens autem cum Apostolo, non esse refut. II. sibi colluctationem adversus carnem, & sanguinem,

q. I. sed adversus spirituales nequicias in coelestibus, cum

(b) Conc. eodem omnes & singulos in primis hortatur, ut con-

Nic. Conc. fortentur in Domino, & in potentia virtutis eius, in

Rom. sub omnibus sumentes (a) scutum Fidei, in quo possint

Jul. I. Cö omnia tela nequissimi ignea extinguere, atque ga-

cil. Hippo. leam spei salutis accipiant, cum gladio spiritus, quod

in prin. est verbum Dei. Itaque, ut hæc pia eius solicitude

Conc. Cö. principium, & progressum suum per Dei gratiam ha-

6. actio. 17 beat, ante omnia statuit, & decernit pretermitten-

cum simil. dam esse confessionem fidei (b) Pattum exempla in

cap. I. dist. hoc secuta, qui sacratiorib. s Concilijs hoc scutum

I. c. Bap- contra omnes hæreses in principio suarum actionum

tizandos, apponere consuevere: quo solo aliquando & infide-

eum seq. de les ad fidem traxerunt, hæreticos expugnarunt, & fi-

conje. a. 4. deles confirmarunt. Quare symbolum fidei, quo san-

cap. I. de Æta Romana Ecclesia vivitur, tamquam principium

Sum. Tri. illud, in quo omnes, qui fidem Christi proficentur,

ne-

DD. meorum Cardinalium, respondit per hæc verba,
Petitioni, nomine Concilij Oecumenici Tridentini
super eius confirmatione per dictos Legatos no-
bis factæ anuentes, omnia, & singula, que in dicto
Cōcilio, tam sub fœl. rec. Paulo III. & Iulio III. præ-
decessoribus nostris, quam Pontificatus nostri tem-
pore decreta, & definita sunt, auctoritate Apostoli-
ca, etiam de Venerabilium Fratrum nostrorum Cat-
dinalium Consilio, & assensu, natura cum illis deli-
beratione præhabita, confirmamus, atque ab omni-
bus Christi fidelibus recipi; & inviolabiliter observa-
ri mandamus, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus
Sancti. Amen.

Ita est.

*A. Cardinalis Farnesius, Vicar cancell.***BULLA Ss. D. N. PIJ.****DIVINA PROVIDENTIA****PAPÆ QVARTL**

Super confirmatione, Oecumenici generalis
Concilij Tridentini.

*Pius Episcopus, servus servorum Dei. Ad perpetuam
 rei memoriam.*

Benedictus Deus, & Pater Dñi. nostri Iesu Chri-
 sti, Pater misericordiarū, & Deus totius conso-
 lationis: qui respicere dignatus Ecclesiam suam San-
 ctam, tot procellis, & tempestatibus agitatam, atque
 vexatam, & gravius in dies laborantē, apto tandem ei
 sub-

2. Cor. 1.

INDEX RERUM ET VERBORUM

IN

CONCILIO TRIDENTINO.

ABBATES quomodo eli-
gendi, 258. 259. & qui
in Monasterijs , quæ sunt
Ordinum Capita , 266; qui
visitanti ius habeant , 267.
quibus Tonsuram & minores
Ordines conferte possint,
197. Lectorem Sacre Scripturæ in suis Monasterijs eli-
git , 259; qui usuti Mitræ,
& Baculi habeat. Episcopo-
rum loco adhibentur in de-
gradatione , 97. ea quæ de
Regularibus decreta sunt,
exequi tenentur , 296. eo-
rum privilegia quando ces-
sent , 197. 198.

Abbatum Monasteria, quæ
ab Episcoporum iurisdictione
exempta , 261. 268. eo-
rum negligentia quando sup-
pleatur , 40.

Abbatissa, quomodo , &
qua ariate eligenda , 258.

duobus Monasterijs non pre-
ficienda, ibidem eius officium
in professione Monialium ,
265.

Abbatiz commendatæ ab
Episcopo visitando , 165. 166
quæ sunt Ordinum Capita
quibus conferendæ , 268. ea-
rum onus in Seminario con-
stituendo , 205.

Abesse Episcopo quando,
& quandiu liceat: & qua poe-
na multetur absentes , 191.
192. quando alijs curatis, ibi-
dem & quantum Canonicis,
& similibus , 235.

Abesse non videtur , qui
aliquantisper abest , 191.

Absentia affectata non dis-
solvit vinculum matrimonij ,
211.

Absentia Episcoporum
denuntianda Romano Pon-
tifici , 55. quæ sit legitimæ
&